CLEANTHIS HYMNVM IN IOVEM

GRAECE EDIDIT NOTIS ILLVSTRAVIT
ET
VIRO CLARISSIMO
HEYDENREICH
SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AMICORVM QVORVNDAM NOMINE
GRATVLATVS EST

Wilhelm
FRIDERICVS GVILIELMVS STVRZ
PHILOL. STVD.

LIPSIAE
EX OFFICINA SOMMERIA
CIↃIↃCCLXXXV.

1785

VIR CLARISSIME
AMICE SVAVISSIME

Cum TV iam adſcenderis ſummum philoſophiae honorum gradum, quo TE digniſſimum eſſe, quoniam omnes, quicunque te norint, optime ſciunt, non puto huius loci eſſe multis demonſtrare, cumque ego, cui iam inde a multis annis amiciſſimum TE probaſti, non poſſim non his TVIS ornamentis et ipſe vehementer gaudere, non dubito, quin facile TIBI perſuaſurus ſis, me libentiſſime et ſumma cum voluptate ſuſcepiſſe delatum mihi munus edendi TIBI ſpecimen animi laeti. Scilicet interpretem ſenſuum ſuorum laetorum eſſe me iuſſerunt amici illi noſtri communes, quos vna nobiscum duce BECKIO V. C. cuius praeclara in litteras elegantiores merita nec poſſum ego ſatis laudare,

nec, si possim, permittat egregia Viri modestia atque humanitas, interpretandis antiquis scriptoribus graecis et latinis operam dare laetamur. Putabant enim, semper extiturum esse hunc libellum insigne amicitiae in TE nostrae monumentum, nec TE nos amicitia TVA privaturum vnquam. Cui quidem amicorum spei, quae maxima est, humanissime TE rogare iussus sum ab iisdem vt velis respondere. Ita fore aiebant, vt magna suae felicitati incrementa accessisse existiment,

NOMINIS TVI

Scripsi Lipsiae,
a. d. IV. Id. Febr.
CIƆIƆCCLXXXV.

studiosissimi,

Bech, Poppo,
Friedel, Scheibe,
Grimm, Sonntag.

PROLEGOMENA.

Cleanthes, de quo v. fabric. biblioth. Gr. 3, 15. p. 394 - 398. Assi, Mysiae vt videtur oppido, natus, zenonis Citiei, Stoicorum parentis, per vndeuiginti annos discipulus et in στοᾷ s. porticu Atheniensi successor, idemque chrysippi magister, (v. diog. laert. 7, 37. 168. sq.) fuit ingenio tardo, sed pertinaci studio et animo constanti. (v. val. max. 8, 7. ext. 11. senec. ep. 44. cf. barth. ad claudian. p. 101. sq.) Vnde etiam per prouerbium qui summo studio aliquid ageret ac pensitaret, is ad cleanthis lucernam lucubrare dictus est. (v. erasmi chiliad. 1, 7, 72.) Indulsit ille non minus quam chrysippus argutiis in disputando. (v. cic. fin. 4, 3. senec. de benef. 5, 14.) Vitam finiit inedia, annos natus octoginta, (v. diog. laert. 7, 176.) vel vndecentum, auctore val. max. l. l. Vehementer dolendnm est, librum eius περὶ θεῶν (v. diog. laert. 7, 75.) cum aliis eius scriptis, quae recenset ex antiquis scriptoribus fabric. l. l. p. 395. sqq. praeter iambos nonnullos a stobaeo in eclogis physicis et a clemente alex. in strom. seruatos omnino periisse. Sed bene tamen eum et honorifice de Deo sensisse, vel hic ipse hymnus in Iouem docere potest, cuius haud dubie summa elegantia, in egregio epithetorum delectu maxime conspicua, plures ei, quam reliquis eius scriptis, lectores atque adeo editores conciliauit. Nam primus hoc carmen è codice eclogarum physicarum stobaei MSto Farnesiano edidit graece fulv. vrsinvs in carminib. nouem illustrium feminarum, (Antverp. 1568. 8.) p. 272. sq. quo e libello paucis mutatis ab henr. stephano translatum fuit in poesin philosophicam (1573. 8.) p. 49. sq. Deinde cum iac. dvporti elegantissima metaphrasi metrica latina integrum inseruit graece intellectuali systemati vniuersi radvlphvs cvdworthvs p. 515. (ed. moshem. Ien. 1732. fol.) quam ipsam dvporti metaphrasin latinam, vt franco-gallicam bovgainvillii, separatim antea cum graecis poetae verbis editam Argent. 1780. 4. et Italicam girolami pompeii, addidit carmini

graece edito RICH. FRANC. PHIL. BRVNCK, v. c. in libello, qui inscribitur: Ἠθικὴ ποίησις s. Gnomici poetae Graeci, (Argent. 1784. 8.) p. 141. — 149. qui verba graeca poetarum, quos edidit, in ipsa libri fronte scribit a se recensita fuisse ad optimorum exemplarium fidem. Huius igitur editionem nos quoque secuti sumus. Sed antea idem BRVNCKIVS eundem hymnum ediderat in lect. et emendat. ad Vol. II. analectorum veterum poetarum graecorum T. III. (Argent. 1776. 8. mai.) p. 225. sq. quam editionem repetiit fere V. C. FRID. GEDIKIVS in libro, quem inscripsit: M. T. Ciceronis historia philosophiae antiquae, (Berolini 1782. 8 mai.) p. 311. sq. qui idem GEDIKIVS hymnum nostrum elegantissime reddidit carmine vernaculo hexametro, in Museo Germanico anni 1778. mensis Iulii, p. 19 — 28. addito breui commentario et dissertatione de Stoicorum theologia, vbi recte CLEANTHEN absoluit pantheismi crimine, et hymnum eius praeferendum putat ORPHEI, CALLIMACHI et HOMERI hymnis. Sed de his ipsis Stoicorum de Deo sententiis v. IVSTI LIPSII physiologiae Stoicae libri 3, qui extant T. VI. opp. (Antverp. 1610. 4.) et CHR. MEINERS V. C. hist. doctrinae de vero Deo, omnium rerum auctore atque rectore, (Lemgov. 1780. 8.) p. 456 — 525. Ceterum non propositum mihi erat in hoc libello conferre cum CLEANTHIS hymno aliorum poetarum monumenta, qui easdem res eodem vel diuerso modo, melius vel minus bene, exposuissent, nec potui hoc loco pluribus disserere aut de hymni natura in vniuersum, de qua v. IOH. GE. SVLZERI opus lingua vernacula scriptum: *Allgemeine Theorie der schönen Künste*, T. II. p. 365. sq. edit. 2. (Lips. 1778. 8. mai.) aut quatenus, propriae illius hymnorum naturae ratione habita, CLEANTHIS hymnus dignus hoc nomine dici recte posset. Sed volui hoc vnum, vt, quantum quidem ego possem, illustrarem sententias ac verba poetae ex ingenio linguae et historia philosophica, quo legeretur a pluribus praeclarum hoc antiquae philosophiae monumentum, et CLEANTHES defendi facilius posset a maleuolorum criminibus.

ΚΛΕΑΝΘΟΥΣ ΥΜΝΟΣ ΕΙΣ ΔΙΑ.

*Ὕμνος est laus deorum, et differt ab ἐγκωμίῳ. AMMONIVS: ὁ μὲν γὰρ ὕμνος, ἐστι θεῶν· τὸ δὲ ἐγκώμιον, ἀνθρώπων. Fuit antiquissimum poëseos genus, et pars olim sacrorum. Canebantur enim hymni et inter libandum, et post libationes. Quod qui facerent, vocabantur ὑμνῳδοὶ, etiam συνῳδοί. Canebantur interdum etiam cum saltatione. Scripti fuerunt hymni omnibus diis, praeter Amorem, et varia a diis, quibus scriberentur, nomina acceperunt. v. SPANHEM. ad CALLIMACH. hymn. in Iov. p. 2. sqq. T. II.

Κύδιστ' ἀθανάτων, πολυώνυμε, παγκρατὲς αἰεὶ
Ζεῦ,

1. Κύδιστος est illustrissimus, clarissimus. Deriuatur iste superlatiuus a positiuo κυδρός. Κυδρὸς autem factum est ex nomine κῦδος, h. e. interprete HESYCHIO, δόξα, τιμὴ, quod a CIC. fin. 5, 18. ex HOMER. Odyss. μ., 184. vertitur nomine *gloria*. PROCLVS ad HESIOD. ἔργ. 257. ἀπὸ τοῦ κῦδος, inquit, γίνεται κυδρὸς, καὶ κυδρὴ, ὡς ἀπὸ τοῦ ἔχθος ἐχθρός. cf. Etymol. M. Apud Homerum hoc epitheton non tantum Ioui tributum legitur, vt Il. β, 412. γ, 276. hymn. in Iov. 4. sed aliis quoque diis, vt Iunoni, quae Il. σ, 184. vocatur Διὸς κυδρὴ παράκοιτις, et Mineruae, quae Il. δ, 515. Διὸς θυγάτηρ κυδίστη appellatur. Sic apud HESIOD. theogon. 442. Hecate dicitur κυδρὴ θεός. Sed quanquam ex his locis patet, deorum hoc epitheton fuisse, tamen eodem homines quoque ornati reperiuntur, vt Agamemnon ap. HOMER. Il. α, 122. Sic THEOCRITVS 17, 2. Iouem dicit ἀθανάτων τὸν ἄριστον, et 17, 12. Ptolemaeum τὸν ἄριστον βασιλήων. HESYCHIVS: κύδιστε· ἐνδοξότατε, σεμνὲ, τιμιώτατε. πολυώνυμε. Si simpliciter et propria notione, qua significat eum, qui multis nominibus appellatur, accepisset poeta, parum hoc epitheton faceret ad Iouis laudem, quam tamen statuendum est propositam poetae fuisse. Nam etiam Alecto furia dicitur ap. VIRGIL. Aen. 7, 337. mille nomina habere. Ergo

Ζεῦ, φύσεως ἀρχηγὲ, νόμȣ μέτα πάντα κυβερνῶν,
χαῖρε·

Ergo haud dubie respicitur h. l. et in locis similibus omnibus ad honorifica illa, quae et ipsa multa fuere, Iouis nomina, vt Opitulus, Alumnus, Inuictus, Stabilitor, (v. AVGVSTIN. civ. Dei 7, 11.) Liberator, (v. HERODOT. 3, 142. XENOPH. oecon. 7, 1. FISCHERVS V. C. in ind. ad AESHINIS Socrat. dialogos) Optimus Maximus, (v. CIC. de N. D. 2, 25.) Pater, (v. HOMER. Il. Θ, 49. π, 458.) Seruator, (v. PAVSAN. 2, 20. 4, 31.) Stator. (v. LIV. 1, 12.) Plurima enim eius nomina faciunt fere non nisi ad indicanda loca, quibus ille vel natus, vel commoratus, vel cultus fuisse, vel aliquid gessisse dicitur, vt DICTAEVS, (VIRGIL. Ge. 2, 536. 4, 152.) Casius, (PLIN. H. N. 5, 12.) Capitolinus, Fulminator, Muscarius. (PAVSAN. 5, 14.) Quare minus bene videtur CALLIMACHVS in hymno suo in Iouem controuersiam de genere et patria eius attulisse v. 4. sqq. Simul vero etiam pertinet illud epitheton ad nominis celebritatem plane insignem. Certe innumeris fere in locis posita olim Iovi erant templa et arae et statuae, et ap. HESIOD. theog. 785. πολυώνυμον ὕδωρ est aqua celebratissima. Ceterum etiam Diana, Venus, Bacchus, Apollo πολυώνυμοι fuerunt. (v. SPANHEM. ad CALLIM. h. in Dian. 7. p. 129. T. II.) Vocabulum παγκρατὴς respondet Latinorum vocabulo *omnipotens*, et vt etiam ap. ARISTOPH. thesmophor. 368. Ioui hoc epitheton tribuitur: ὦ παγκρατὲς Ζεῦ, ita eidem dicitur ap. AESCHYL. Prometh. 518. destinatum esse ἀεὶ κρατεῖν. cf. VIRGIL. Aen. 1, 233. HESYCHIVS: πανκρατής· πάντων κρατῶν καὶ ἄρχων καὶ βασιλεύων. παγκρατής· Ζεύς.

2. VRSIN. et CVDW. pro Ζεῦ ediderunt Ζεύς, vt v. 31. vbi etiam STEPH. ita habet. ἀρχηγὸς est auctor, vt ap. ISOCRAT. Nicocl. p. 62. ed. WOLF. (Bas. 1613. 8.) Τεῦκρος ὁ τȣ͂ γένȣς ἡμῶν ἀρχηγός, et in panegyr. c. 16. edit. MORI V. C. (Lips. 1766. 8.) ἀγαθῶν ἁπάντων ἀρχηγοί. Act. 3, 15. Christus dicitur ὁ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, et Hebr. 2, 10. ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας. v. WESSELING. ad DIODOR. SIC. 5, 64. νόμȣ μέτα, h. e. μετὰ νόμȣ, idem est, quod ap. XENOPH. Cyrop. 1, 3, 14. σὺν τῷ νόμῳ, salua lege,

3. χαῖρε,

χαῖρε· σὲ γὰρ πάντεσσι θέμις θνητοῖσι προσαυδᾶν.
ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμὲν, ἴης μίμημα λαχόντες

μοῦ-

h. e. κατὰ τὸν νόμον, legitime, iuste, idem quod infra v. 34. δίκης μέτα. Sic THVCYD. 6, 85. μετὰ καιρȣ̃, opportune, et 2, 39. μετὰ νόμων. De re ipsa cf. CIC. de N. D. 2, 38. 45. 46. 66.

3. χαῖρε, salue. Etiam CALLIMACHVS ita alloquitur Iouem, hymn. in Iov. 94. et Cererem, hymn. in Cer. 2. πάντεσσι. STEPH. et VRSIN. legunt πᾶσι, quod cum metri leges violet, recte mutatum est a BRVNCKIO in πάντεσσι, vt iam legendum esse viderat SCALIGER in notis ad STEPH. poesin philos. CVDW. tamen edidit καὶ πᾶσι. πάντεσσι θνητοῖσι θέμις, scil. ἐστὶ, omnibus mortalibus fas est, licet, h. e. nihil mali aut poenae timendum est cuiquam mortalium, quamquam te, Iupiter, appellare audet. Hunc enim sensum verborum esse, et reliqua quae sequuntur verba docent, quibus CLEANTHES hominum genus ab Ioue deducit, et intelligi potest e verbis Eteoclis ad Polynicen ap. EVRIP. Phoen. 625. ȣ̓ θεμιτόν σοι μητρὸς ὀνομάζειν κάρα, vbi schol. ȣ̓ πρέπει, ȣ̓ δίκαιον, nempe quia fratrem iam antea v. 618. 622. dixerat impium in fratrem et patriam esse, licere ei negat matrem appellare. Sic SOPHOCL. Electr. 127. εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾶν. Existit igitur grauis quaedam elegantia, quae hominibus eadem cum fiducia Deum adire permittit, quacum liberis adire licet parentes. Ceterum CVDW. vitiose edidit θνητοσι, et vocabulum θέμις dici ἐπὶ θεȣ̃, δίκη vero ἐπὶ ἀνθρώπων, notauit MOSCHOPVLVS ad HESIOD. ἐργ. 9. προσαυδᾶν, alloqui, compellare, et sine casu, absolute, ponitur, vt ap. HOMER. Od. ξ, 79. et accusatiuo iungitur, vt ibid 484.

4. ἐκ σȣ̃ γένος ἐσμὲν, h. e. tu pater hominum es, tu nos creasti. Patris enim nomen proprium Iouis est. (v. SPANHEM. ad CALLIM. hymn. in Iov. 94. p. 43.) Hinc HORATIVS 2, sat. 2, 79. animum humanum nominat diuinae particulam aurae. cf. ANTONINVS PHILOSOPHVS 2, 1. SENEC. ep. 41. Ceterum ex h. l. apparet, Paulum apostolum Act. 17. 28. vbi quosdam Atheniensium poetarum dixisse ait: τȣ̃ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, non ad solum ARATVM

 respe-

respexisse, e cuius phaenomenis illud hemistichium petitum esse dudum obseruatum est a viris doctis. Nam etiam CLEANTHES Athenis vixit. FABRICIVS bibl. Gr. l. l. p. 398. laudat locum EVTHALII, episcopi Sulcensis, cuius editio actuum apostolicorum extat in LAVR. ALEX. ZACAGNII collectaneis monumentorum veterum ecclesiae graecae, T. I. (Rom. 1698. 4.) qui p. 420. dicit, verba a Paulo citata esse Ἀράτου ἀστρονόμου καὶ Ὁμήρου ποιητοῦ. Sed ex HOMERO nihil huc trahi potest, nisi quod ab eo Iupiter saepe vocatur πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, vt Il. ο, 47. et Odyss. ν, 128. Ζεῦ πάτερ. 4. ἰῆς μίμημα. STEPH. VRS. CVDW. GEDIK. legunt ἤχου. SCALIGER l. l. coniiciebat ὄχου, quod corpus diceretur ὄχημα ψυχῆς, et GEDIKIVS in Mus. Germ. legendum putabat ἐκ σοῦ, quod tamen ipse concedebat esse minus poeticum. Solus BRVNCKIVS edidit ἰῆς, nescio quibus libris auctoribus. Sed tamen cum et metri leges hanc lectionem adiuuent, et vocabulum ipsum exquisitius sit atque rarius altero, secutus sum eam et ipse. Scil. ἰὴ est vox, i. q. φωνὴ vel βοὴ, auctore HESYCHIO. Ap. EVRIP. Rhes. 553. legitur: σύριγγος ἰὰν κατακούω, et AESCHYLVS Pers. 940. vocabula ἰὰν et βοὰν permutat inter se. Iam ἰῆς μίμημα, id, quod imitatione vocis existit, h. e. vocis imago et simulacrum, est echo. Echus autem notio continet in se notionem similitudinis, et λαγχάνειν proprie dicitur is, cuius sors exit, qui accipit atque consequitur rem, de qua sors fuerat ducta, cum κληροῦσθαι dicantur ii, qui ducunt sortem, auctore AMMONIO in v. λαγχάνειν. Vnde λαγχάνειν omnino valet accipere, consequi, vt h. l. Apparet igitur, sensum verborum: ἰῆς — μοῦνον, esse hunc: quamuis non pares aut aequales tibi simus, sed tantum tui similes atque adeo te inferiores. Cohaerent enim haec et sequentia verba cum praecedentibus ita: Audeo ego homo, Te, Iupiter omnipotens, appellare s. salutare. Nam etiamsi tantum abest, vt nos, homines et quicquid creasti, aequales tibi simus, vt simus tantum quodammodo tui similes: tamen propterea iure te videmur adire posse, quia tibi originem debemus, quia tu parens nobis es, nos tibi liberi, quia tu omnia curas et gubernas. cf. 7. sqq.

μοῦνον, ὅσα ζώει τε καὶ ἕρπει θνήτ' ἐπὶ γαῖαν.
τῷ σε καθυμνήσω, καὶ σὸν κράτος αἰὲν ἀείσω.
σοὶ δὴ πᾶς ὅδε κόσμος ἑλισσόμενος περὶ γαῖαν

5. Verba: *ὅσα — γαῖαν*, quaecunque viuunt ac repunt mortalia in terra, explicanda esse puto ex *μερισμῷ*, vt intelligantur non modo animalia maiora, quae fere *ζῶα* dicuntur, sed etiam minora et minima, *τὰ ἑρπετά.* Sic. Act. 10, 12. *καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ ἑρπετά.* Nam post vocabulum *μοῦνον* intelligenda est particula *καὶ*, quia particula *τε* post verbum *ζώει*, cum referenda sit ad particulam *καὶ* ante verbum *ἕρπει*, vt apud Latinos *et — et*, copulare vocabula *μοῦνον* et *ὅσα* non potest. Nec inusitatus est iste particulae *καὶ* defectus. Exemplum eius extat ap. HERODOT. 2, 26. *εἰ δὲ ἡ στάσις ἤλλακτο τῶν ὡρέων καὶ τοῦ οὐρανοῦ, τῇ μὲν νῦν ὁ Βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑστᾶσι, ταύτῃ μὲν τοῦ νότου ἦν ἡ στάσις καὶ τῆς μεσαμβρίης, — ὁ ἥλιος ἂν ἀπελαυνόμενος ἐκ μέσου τοῦ οὐρανοῦ — ᾔιε ἂν τὰ ἄνω τῆς Εὐρώπης.* Sic etiam 1 Cor. 15, 20. *ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ ἐγένετο* Ceterum praepositionem *ἐπὶ* accusatiuo iunctam non semper significare motum ad locum, sed reddi latine posse *super*, vel *in* cum ablatiuo, docet locus HESIODI theog. 531. *ὄφρα κλέος εἴη ἐπὶ χθόνα.* Similiter CIC. Manil. 12. in praedonum fuisse potestatem. cf. GELL. 1, 7.

6. *τῷ*, h. e. *τούτῳ*, dictum est elliptice pro *ἐπὶ τούτῳ*, propterea, ideo, vt ap. CALLIM. hymn. in Iov. 80. et saepius ap. HOMERVM. *καθυμνεῖν* idem est, quod infra 38. *ὑμνεῖν*, laudare, laudes canere.

7. *σοὶ δὴ* — VRSIN. et ST. legunt *σοὶ δὲ.* minus recte. *δὴ* enim est scilicet, et vberius explicat, quid sit illud *κράτος*, quae illa potentia, Iouis v. 6. Vnde iam SCALIGER l. l. ita legi iubebat. Vocabulo *κόσμος* significari omnino omne ornamentum, deinde ordinem, quoniam ordo quamque rem maxime ornat, notissimum est. HESYCHIVS: *κόσμος· καλλωπισμὸς, κατασκευὴ, τάξις, κατάστασις, κάλλος.* SVIDAS: *κόσμος· τάξις.* Hinc ob perfectam absolutamque elegantiam *κόσμος* appellatus est mundus,

(V. PLIN.

πείθεται, ᾗ κεν ἄγῃς, καὶ ἑκὼν ὑπὸ σεῖο κρατεῖται.
τοῖον ἔχεις ὑποεργὸν ἀνικήτοις ἐνὶ χερσὶν

ἀμ-

(v. PLIN. H. N. 2, 4. PLVTARCH. de placitis philoſophorum 2, 1. PLATO Gorg. T. I. p. 508. ed. STEPH.) h. e. σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων, quae ſunt verba ARISTOTELIS lib. de mundo cap. 2. Itaque recte hoc vocabulum diſtinguit AMMONIVS a vocabulo οἰκουμένη, ita vt hoc ſignificari dicat γῆν μόνον τὴν φανεράν. Sed h. l. per κόσμον, et quia volui dicitur, (ἑλισσόμενος) et quia ei opponitur γαῖα et infra 15. χθών, coelum maxime intelligendum videtur, vt ap. PLATONEM in Timaeo. Quam vocabuli notionem plurimi obſeruarunt, quorum locis a PLINII interpretibus laudatis ad H. N. 2, 1. addam locum PHILONIS de incorruptibilitate mundi, T. II. ed. MANGEY, p. 488. vbi diſerte, λέγεται καὶ ὁ κόσμος, inquit, μόνος οὐρανός, et verba SVIDAE in h. v. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν διακόσμησιν τῶν ἀστέρων κόσμον εἶναι λέγουσι. cf. HESYCH. infra 16. ad vocabulum πόλος. Sic etiam Latini vtuntur vocabulo *mundus*, vt LVCRET. 5, 1435. Habuit autem iſta τοῦ κόσμου appellatio auctorem PYTHAGORAM. (v. DIOG. LAERT. 8, 48.) Ceterum etiam in ORPHEI hymnis 3, 3. legitur: κόσμε, σφαιρηδὸν ἑλισσόμενος περὶ γαῖαν.

8. ᾗ κεν ἄγῃς, quocunque agas, vertas. cf. HESIOD. ἔργ. 280. vbi pro κεν dicitur ἄν. CVDW. legit ἤ κεν, ſi quidem. minus bene. Tollit enim haec lectio, vel minuit certe, inſignem, quae ineſt alteri lectioni, grauitatem atque dignitatem. κρατεῖσθαι ὑπό τινος, teneri ab aliquo, eſt imperari ſibi ab aliquo pati, imperata ab aliquo accipere, alicui parere. ἑκὼν autem, quod additum eſt, non parum facit ad augendam Iouis laudem, quippe qui tanta cum ſapientia omnia gubernet, vt eius imperium tantum abſit vt moleſtum ſit iis, quibus imperet, vt etiam ſit iucundiſſimum. Quae quidem eſt ſumma regis et imperatoris virtus. V. XENOPH. CYROP. 1, 6, 18. 19.

9. 10. τοῖον — κεραυνόν. Haec verba continent cauſam, cur dici recte Iupiter poſſit mundum regere. Valere enim illum potentia,

ἀμφήκη, πυρόεντα, αἰεζώοντα κεραυνόν. 10.
B 3 τοῦ

tentia. Scil. τοῖος, talis, quod vocabulum alias ad οἷος, qualis, refertur, h. l. ita absolute positum est, vt ap. VIRGIL. Aen. 7, 328. sq. *tot*, cf. ibid. 447. sq. Quae quidem ratio reddit orationem concitatiorem et grauiorem. ὑποεργὸς idem est, quod ὑπεργὸς, minister, et fulmen etiam ap. XENOPH. mem. 4, 3, 14. vocatur ὑπηρέτης τῶν θεῶν. cf. Ps. 104, 4. Nam Ioui proprie tributum fuisse fulgur, satis constat. v. HORAT. 3, od. 3, 6. VIRGIL. Aen. 1, 234, cf. P. BVRMANNI libellus de Ioue Fulguratore, qui editus extat cum eiusdem libro de vectigalib. populi Rom. Leidae 1734. 4. ἀνικήτοις ἐνὶ χερσὶν, inuictis manibus. CVDW. habet ἀκινήτοις, immotis, intrepidis. Minus bene, quanquam GEDIK. in Mus. Germ. praetulit hanc lectionem. Nam victoriae notione videtur maior Iouis dignitas significari, quam intrepiditatis. Sic nec lectionem ὑπὸ pro ἐνὶ, quae est in VRS. STEPH. et CVDW. probari posse putabam, quia ὑπὸ χερσὶν ἔχειν vix esse poterit: manibus tenere, quam tamen notionem postulat series orationis.

10. ἀμφήκης, anceps, proprie gladii epitheton est. v. HOMER. Il. κ, 256. Φ, 118. SOPHOCL. Ai. 286. Itaque cum h. l. tributum legatur fulmini, haud dubie fulmen considerandum est tanquam Iouis gladius, quo ille et se defendat hostesque percutiat, et malos puniat. Iuuat hanc interpretationem HESYCHIVS: κεραυνός· τὸ τοῦ Διὸς ἀμυντήριον. Ceterum BRVNCKIVS in analectis male edidit ἀμφηκῆ. Vocabulum πυρόεντα videtur explicare vocabulum ἀμφήκη. Scil. vt gladius maxime nocet acie duplici, ita fulmen igni. Sed ob hanc ipsam vocabuli elegantioris explicationem non omnino necessariam perit vocabulo πυρόεντα sua elegantia, ita vt pene langueat. αἰεζώοντα, semper viuum, h. e. semper integrum et acutum et potens. Sic CALLIM. hymn. in Del. 314. αἰεζώοντα ἱερά. Fuerunt autem tria fulminum genera, ἀργῆτες, ψολόεντες, et καταιβάται. (v. ARISTOT. de mundo 4, 3.) Vnde Ioui etiam fulmen trisulcum videtur tributum fuisse.

τοῦ γὰρ ὑπὸ πληγῇς Φύσεως πάντ' ἐῤῥίγασιν,
ᾧ σὺ κατευθύνεις κοινὸν λόγον, ὃς διὰ πάντων
Φοιτᾷ, μιγνύμενος μεγάλοις μικροῖς τε Φάεσσιν.

ὃς

11. τῦ poeticum eſt pro τύτυ, vt ap. HOMER. Il. ξ, 133. ὑπὸ πληγῇς — Ita primus edidit BRVNCKIVS, quam lectionem et ipſe praeferendam puto ei, quae eſt in reliquis editionibus: πληγῆς, ſine ι ſubſcripto. Nam πληγῇς eſt datiuus pluralis pro πληγαῖς, qui eidem praepoſitioni ὑπὸ iunctus legitur ap. CALLIM. h. in Del. 321. et epigramm. 1, 9. Haec autem praepoſitio ὑπὸ, etiam datiuo vel ablatiuo iuncta, reſpondet Latinorum praepoſitioni *prae*, h. e. ob, vt ap. ZOSIM. 2, 2. ἐκθανόντων ὑπὸ καύματι. quanquam ſic ei ſimul ineſſe videtur notio ſubiectionis cuiusdam, quae non niſi per periphraſin exprimi latine poſſit. φύσεως πάντα, omnia quae naturae ſunt, eſt vniuerſa natura, res creatae omnes. Qui quidem vocabuli φύσις vſus philoſophicus magis eſt, quam poeticus. ἐῤῥίγασιν, timent, obſtupeſcunt, vt ap. HOM. Il. μ, 208. ϱ, 436. Proficiſcitur a verbo ῥιγεῖν, cum ῥιγῦν ſit frigere, rigere. THOMAS MAGISTER: ῥιγέω, τὸ φοβῦμαι, ὅπερ ἐςὶ ποιητικόν. ῥιγόω δὲ ἐπὶ κρύυς. HESYCH. ἐῤῥίγασι· φοβῦνται, εὐλαβῦνται.

12. κατευθύνειν eſt regere, dirigere, moderari. Ceterum VRS. edidit κατευθυνεῖς, quam lectionem non recte deſeruiſſe puto reliquos hymni editores. Futura enim, vt aoriſti, conſuetudinem interdum et frequentiam indicant, quae latine reddatur per *ſolet*. (v. GRAEV. lect. Heſiod. ἔργ. 185.) κοινὸν — Φοιτᾷ, rationem quandam per omnem naturam rerum pertinentem vocat VELLEIVS Epicureus ap. CIC. N. D. 1, 14. quam eſſe vi diuina affectam ZENO putabat.

13. μιγνύμενος — Φάεσσιν. Stoici enim ipſi mundo et aſtris tribuebant rationem et mentem. (v. CIC. l. l. 2, 7. 11. 16. 21. SENEC. ep. 65.) VRS. et ST. legunt: μεγάλων μικροῖσι Φάεσσι, quod fere nullum efficit ſenſum. Vnde CVDW. plane haec verba omiſit. Videntur autem per Φάη μεγάλα ſol et luna intelligi, per Φάη μικρὰ, ſtellae et ſidera.

14. ὃς

ὃς τόσσος γεγαὼς ὕπατος βασιλεὺς διὰ παντὸς — —
— — — — — — — —

οὐδέ

14. ὃς pertinet ad Iouem, et haud dubie post verba διὰ παντὸς verba nonnulla, vel potius integer versus, interciderunt. Nam posteaquam ostenderat poeta 4 — 13, Iouem esse παγκρατῆ et φύσεως ἀρχηγὸν, incipit iam vberius explicare alterum illud, quod supra, 2, proposuerat, nimirum eundem iustissime omnia gubernare. Quam quidem alteram hymni partem ita fere videtur orsus esse: Tu, qui tantus es ac sempiternus rex atque praeses, non solum ea potentia vales, qua possis, quaecunque placuerit, agere, (cf. CIC. N. D. 3, 39.) sed optime quoque scis, quonam potissimum modo gubernari mundus atque regi debeat. Nam ὕπατος proprie est superlatiuus contractus ex ὑπέρτατος, h. e. altissimus. HESYCH. ὑπάτη· ὑπερτάτη. Sic CALLIM. hymn. in Del. 126. ὄρεος ἐξ ὑπάτου, et hymn. in Dian. 196. πρηόνος ἐξ ὑπάτοιο. Deinde significat eum, qui suo in genere princeps est atque eximius. HESYCH. ὕπατος· ὑψηλὸς, ἔντιμος, πρῶτος, διαφέρων τῶν ἄλλων, ἐξοχώτατος. Sic ab eodem CALLIM. h. in Del. 166. Ptolemaeus Philadelphus dicitur σαωτήρων ὕπατον γένος, et a PLVTARCHO sympos. 1, 3. vocabula ὑπατικὸς et ἔντιμος inter se permutantur. Apud CALLIM. h. in Iov. 91. Iupiter appellatur πανυπέρτατος, ad q. l. vid. SPANHEM. Sed ap. HOMERVM epitheton ὕπατος frequenter Ioui tributum reperitur, vt Il. τ, 258. ψ, 43. θεῶν ὕπατος, Il. θ, 31. ὕπατε κρειόντων, quae formula respondet formulae nostri poetae: ὕπατος βασιλεὺς, vt cum formula βασιλεὺς διὰ παντὸς conuenit ea, quae legitur ap. CALLIM. l. l. 2. αἰὲν ἄναξ. Nam διὰ παντὸς, scil. χρόνου, est semper. HESYCH. verba διὰ βίου explicat per verba διὰ παντὸς et ἀεὶ, tanquam per synonyma. γεγαὼς autem proprie quidem dicitur natus, sed omnino etiam is, qui est s. existit. HESYCH. γεγαώς· γεγονώς, ὑπάρχων. Sic HOMER. Od. δ, 112. dixit νέον γεγαῶτα, et SOPHOCL. Electr. 24. ἐσθλὸς εἰς ἡμᾶς γεγώς.

15. δι-

οὐδέ τι γίγνεται ἔργον ἐπὶ χθονὶ σοῦ δίχα, δαῖμον, 15.
οὔτε κατ' αἰθέριον θεῖον πόλον, οὔτ' ἐνὶ πόντῳ,

πλὴν

15. δίχα proprie est dupliciter, (Proficiscitur enim a δίς.) divisim. Deinde significat seorsim; denique sine, vt h. l. HESYCH. δίχα· χωρὶς, ἐκτὸς, ἄνευ. Praeponitur fere nominibus, quibus iungitur. Sed interdum etiam sequitur eadem, vt ap. XENOPH. Cyrop. 8, 7, 3. ἡ ψυχὴ ἐπειδὰν τῦ σώματος δίχα γένηται. Ceterum BRVNCK. in anal. et GEDIK. in Cic. hist. philos. legunt γίνεται, et hoc ipsum, quod hic de Ioue praedicatur, virtus sibi tribuit ap. XENOPH. mem. 2, 1, 32. δαῖμον. Ita etiam CALLIM. Iouem appellat l. l. 44. Qua quidem appellatione respici videtur ad eximiam, quae est in Deo, rerum omnium notitiam. Certe HESYCHIVS, δαίμονες, inquit, οἱ θεοὶ, δαήμονες τινὲς ὄντες, οἷον ἔμπειροι. VRSIN. STEPH. et CVDW. legunt δαίμων.

16. πόλος est proprie vertex, cardo coeli, axis. Nam πολεῖν est vertere. HESYCH. πόλος· ἄξων. Sed poetae accipiunt pro ipso coelo. HESYCH. πόλος· ὐρανὸς, κόσμος. V. ARISTOPH. aues 179. et ad illum locum schol. e quo descripsit sua SVIDAS: πόλυ· ὐρανῦ ἢ κόσμυ. — πόλον γὰρ οἱ παλαιοὶ, ὐχ ὡς οἱ νεώτεροι, σημεῖόν τι καὶ πέρας ἄξονος, ἀλλὰ τὸ περιέχον ἅπαν. Etiam Latini sic vtuntur vocabulo *polus*, vt VIRGIL. Aen. 1, 608. Vocatur autem θεῖος, diuinus, non quo CLEANTHES putauerit, aethera esse summum deum, quod falso traditum fuit a CIC. acad. 2, 41. et LACTANT. 1, 5. sed quia, ARISTOTELE auctore, (de mundo cap. 2.) coelum putabatur τὸ ἀνώτατον θεῦ οἰκητήριον. cf. HESIOD. ἐργ. 18. αἰθὴρ enim est vltimus et altissimus atque vndique circumfusus et extremus omnia cingens atque complexus ardor, (v. CIC. N. D. 1, 14.) siue summa pars coeli. (ibid. 2, 45.) HESYCH. αἰθέρα· ἐμπύριον. ἀπὸ τῦ αἴθεσθαι, καίεσθαι. SVID. αἰθήρ· ὁ ἄνω ψυχὴ ἀήρ. ἐνὶ πόντῳ. — VRS. ST. CVDW. legunt ἐπὶ πόντῳ. πόντος autem, SVIDA auctore, proprie est mare intra Chersonesum et Euxinum. Deinde καταχρηστικῶς quoduis aliud mare ita dicitur. V. HESIOD. ἐργ. 670.

Etiam

πλὴν ὁπόσα ῥέζουσι κακοὶ σφετέρῃσιν ἀνοίαις·
ἀλλὰ σὺ καὶ τὰ περισσὰ ἐπίστασαι ἄρτια θεῖναι,
καὶ κοσμεῖς τὰ ἄκοσμα, καὶ οὐ φίλα σοὶ φίλα ἐστίν.

ὧδε

Etiam in hoc vocabuli *pontus* vſu imitati Graecos reperiuntur Latini, vt OVID. metam. 13, 900.

17. ῥέζειν eſt facere. Inprimis poetae hoc verbo vtuntur. HESYCH. ῥέζουσι· πράττουσι. ἄνοια proprie eſt dementia. Sed ſignificat etiam temeritatem et imprudentiam, vt ap. ISOCR. paneg. 37. ταῦτα πάντα γέγονε διὰ τὴν ἡμετέραν ἄνοιαν. Similis noſtro locus extat ap. HESIOD. ἐργ. 685. ἄνθρωποι ῥέζουσιν ἀϊδρείῃσι νόοιο. Ceterum cur ſine Deo fieri dicantur improborum hominum actiones, apparebit ad v. 21. et ſententia ipſa videtur eſſe ex HOMERO ducta, Il. δ, 409. κεῖνοι δὲ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο. Quae ſententia cum plurimum faciat ad extollendam augendamque Iouis laudem, quanta cum pulcritudine atque elegantia adhibita ſit a poeta, ſponte patet.

18. Hic verſus deeſt in VRS. ST. CVDW. et BRVNCK. anal. τὰ περισσὰ ſunt ea, quae ſunt numero impari. Haec Iupiter ſcit reddere paria numero, ἄρτια, h. e. ſcit ſ. poteſt ea, quae ceteris praeſtant vel magnitudine, vel pulcritudine, vel multitudine, vel potentia, etc. ita reliquis aequare, ita temperare, vt pulcerrima exiſtat rerum omnium harmonia atque proportio. (cf. v. 21.) θεῖναι enim idem eſt, quod ποιῆσαι, interprete HESYCHIO. Sic HOMER. Il. α, 2. ἄλγε' ἔθηκε.

19. κοσμεῖς τὰ ἄκοσμα, quae confuſa et indigeſta ſunt, ea in ordinem redigis. HESYCH. ἄκοσμα· ἄτακτα. κοσμῆσαι· διατάξαι. Similis locus eſt in PLATONIS Tim. p. 527. A. τὸ κινούμενον πλημμελῶς θεὸς εἰς τάξιν ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας. Plures locos ſimiles collegit WYTTENBACH. ad PLVTARCH. de ſera num. vind. p. 28 οὐ φίλα σοὶ φίλα ἐστίν, quae iniucunda hominibus ſunt et ingrata, tibi placent. Hanc enim vim habet formula φίλον ἐστὶ vel φίλα ἐστί. (V. SOPHOCL. Ai. 1057. et HOMER. Il. α, 107. ibique SCHERPETZEL.) Ceterum datiuus σοὶ caret accentu in VRS. CVDW. et BRVNCK. anal.

20. ἀπαν-

ὧδε γὰρ εἰς ἓν ἅπαντα συνήρμοκας ἐσθλὰ κακοῖσιν,
ὥσθ' ἕνα γίγνεσθαι πάντων λόγον αἰὲν ἐόντα,

ὃν

20. ἅπαντα — Ceteri editores, VRS. ST. CVDW. GED. et ipse BRVNCK in analectis legunt πάντα. Praeferendam vero alteram illam lectionem existimo, tum quia metrum ita leuius defluit, tum quia τὸ ἅπαντα magis indicat rei alicuius vniuersitatem. συναρμόζειν est apte coniungere, consociare, i. q. συνάπτειν. Ceterum etiam ap. XENOPH. mem. 1, 4, 8. verbum hoc iunctum sibi habet datiuum.

21. λόγον αἰὲν ἐόντα, rationem, h. e. proportionem, temperamentum, sempiternam. cf. ANTONIN. 5, 8. ὅλως γὰρ ἁρμονία ἐςὶ μία. Haud dubie enim recte a BRVNCKIO repudiata est lectio VRS. ST. et CVDW. qui habent ἐόντων, qua e lectione existit sensus ineptus. Ceterum et ille, quem ostendi, vocabuli λόγος vsus philosophicus, et totus hic locus inde a v. 15. docent, poetam nostrum fuisse philosophum, eumque Stoicum. Stoici enim malorum, quibus mundus refertus sit, culpam neque in materiam, omni qualitate carentem, (v. CIC. acad. 1, 7.) neque in Deum reiici posse statuebant, qui ex commutabili illa et flexibili materia, ex qua nihil sit quod non fingi, quamuis subito, possit, (CIC. N. D. 3, 39.) id, quod effici potuerit, optimum effecerit. (ibib 2, 34.) Tum innumera bona cum contrariis malis tam arcte copulata esse, vt altera sine alteris existere non potuerint. (v. GELL. noct. Att. 6, 1.) Incommoda et mala singulis quidem mundi partibus calamitatem atque perniciem afferre, sed pertinere posse ad vniuersi salutem et incolumitatem. (v. ANTONIN. 5, 8. 22. 10, 6. 7. SENEC. de prov. cap. 3. 4.) Solam virtutem verum bonum, malitiam s. vitium vnicum et summum malum esse. (v. SENEC. l. l. 5. de const. sap. 5. et ep. 66. ANTONIN. 2, 1. 4, 39.) Ingeneratam autem omnibus hominibus esse rectam rationem, cuius ope verum a falso, bonum a malo discernere quisque possit, (v. ANTONIN. 5, 5. 28.) quin etiam genitos homines esse ad virtutem, et modo ipsi emendari velint, ab ipsa natura ea in re adiuuari. (v. SENEC. de ira 2, 13. ep. 92.) Qui igitur diuinae rationis munus ita negligat,

gat,

ὃν φεύγοντες ἐῶσιν, ὅσοι θνητῶν κακοί εἰσι,
δύσμοροι, οἵτ' ἀγαθῶν μὲν ἀεὶ κτῆσιν ποθέοντες,
οὔτ' ἐσορῶσι θεοῦ κοινὸν νόμον, οὔτε κλύουσιν,
ᾧ κεν πειθόμενοι σὺν νῷ βίον ἐσθλὸν ἔχοιεν.

gat, vt incidat in errores et vitia, eum ſibi, non Deo, tribuere debere calamitatis et aduerſae fortunae culpam. (v. ANTONIN. 5, 34. 36. 6. 41.) Ceterum iidem editores reliqui legunt γίνεσθαι. Ex his, quae iam dicta ſunt, intelligi quoque poterunt, quae deinceps ſequuntur:

22. Nam φεύγοντες ἐᾷν, fugientes deſerere ſ. negligere, rationem illam ſ. proportionem malorum et bonorum ſapientiſſime a deo inſtitutam dicuntur, qui cum ſtudio et de induſtria eam negligunt. Verbum enim φεύγειν continet in ſe notionem celeritatis, nec quisquam fugit, vitat, reſpuit aliquid, niſi facta deliberatione et capto conſilio. Cum vero ratio illa ſit optima, nec bonus aliquis vitare ſtudeat ea, quae bona vel optima ſint, apparet, a CLEANTHE recte tales homines dici κακοὺς, improbos. Deinde quia vitium et improbitas eſt vnicum et ſummum malum, facile intelligitur, cur poeta eiusmodi homines vocauerit

v. 23. etiam δυσμόρους, infelices. δύσμορος enim, SVIDA interprete, eſt δυστυχής, et δύσμοροι recte legitur h. l. non δύσμορε, vt habet CVDW. Nam refertur ille nominatiuus et ad praecedens vocabulum κακοὶ, et ad ſequens οἵτε. Iam igitur explicat poeta, quomodo improbi iſti deſerant ſempiternam illam rerum omnium rationem, quam alia formula

v. 24. appellat θεοῦ κοινὸν νόμον, quoniam ea legis vim et auctoritatem habere debet ex Dei conſilio. CVDW. legit: ἀγαθῶν τὴν μὲν κτῆσιν π. Sed ſic μὲν non habet, quo referatur, et ceterorum librorum lectio plus grauitatis habere videtur. Verba οὔτ' ἐσορῶσι — κλύουσιν v. 24. videntur ita explicanda eſſe: neque ipſi animaduertunt communem Dei legem, neque ab aliis animaduerſam tradi ſibi permittunt.

25. σὺν νῷ dictum eſt, vt σὺν νόμῳ, (vid. ad v. 2.) ita vt ſit: ad rationis et mentis dictamen, ſanam rationem ſecuti.

αὐτοὶ δ' αὖ ὁρμῶσιν ἄνευ καλȣ̃ ἄλλος ἐπ' ἄλλα,
οἱ μὲν ὑπὲρ δόξης σπȣδὴν δυσέριστον ἔχοντες,
οἱ δ' ἐπὶ κερδοσύνας τετραμμένοι ȣ̓δενὶ κόσμῳ,
ἄλλοι

26. αὖ eſt immo, contra. v. KREBS. ad PLVTARCH. de audiendis poetis p. 173. ὁρμᾶν eſt proprie actiuum, et ſignificat incitare. (v. EVRIP. Phoen. 1081.) Sed pro medio etiam ponitur, omiſſo accuſatiuo ἑαυτὸν, ita vt ſit aggredi, ruere, irruere. Sic ap. eund. ibid. 268. legitur εἰς ἀγῶνα ὁρμᾶν, quod 798 dicitur ὁρμᾶσθαι εἰς ἀγῶνα. Habet hoc verbum ſimul notionem impetus cuiusdam, vt Latinorum *ruere*, quod in eo etiam conuenit cum verbo ὁρμᾶν, quod actiue nonnunquam ponitur. (v. DONAT. ad TERENT. adelph. 3, 2, 21.) καλὸν proprie eſt pulcrum, quod appetitur propter ſe, deinde honeſtum, quia quicquid honeſtum eſt appetitur propter ſe, non ob externam vtilitatem vel vtilitatis externae ſpem. Verba ἄνευ καλȣ̃ verti poſſunt: ſine ſenſu honeſti et pulcri.

27. ὑπὲρ — ἔχοντες, gloriae ſtudentes pertinaciter. Nam δυσέριστος dicitur is, quocum difficulter contenditur, qui non facile contradici ſibi permittit, h. e. pertinax. et σπȣδὴν ἔχειν eſt operam dare, ſtudere.

28. τρέπεσθαι πρὸς vel ἐπί τι eſt ſe conuertere ad aliquid, aggredi aliquid, occupari in re aliqua, i. q. ὁρμᾶσθαι, vt ap. HOM. Il. γ, 422. κερδοσύνη, quod alias eſt aſtutia, πανȣργία, (v. SVID. et HESYCH. in h. v.) videtur h. l. lucrum ſignificare. Certe magis apparere puto, cur lucri nimis ſtudioſi referendi ſint inter τȣ̀ς τὸν πάντων λόγον αἰὲν ἐόντα φεύγοντας. (21.) Nimirum quia qui opum ac diuitiarum copia et magnitudine abundant atque valent, iidem plus poſſidere ſolent potentiae, qua deprimant, quos poſſint, atque adeo plus quam fas eſſet calamitatum in mundum inuehant. Qua quidem re communis illa Dei lex de conſeruanda rerum omnium proportione violetur neceſſe eſt. Verba ȣ̓δενὶ (BRVNCK. in anal. male edidit ȣ̓δένι) κόσμῳ SVIDAS in v. κόσμος explicat ȣ̓δεμιᾷ τάξει, laudato eam in rem loco HERODOTI 3, 13. ἔφευγον ȣ̓δενὶ κόσμῳ. Recte. Nam qui temere et inordinate fugiunt, ii fu-

ἄλλοι δ᾽ εἰς ἄνεσιν, καὶ σώματος ἡδέα ἔργα,
σπεύδοντες μάλα πάμπαν ἐναντία τῶνδε γενέσθαι.

fugiunt immodice, magis quam par est, nimis. Hinc ap. THVC. 2, 52. pestis inualuisse dicitur οὐδενὶ κόσμῳ, h. e. supra modum.

29. ἄνεσις est cessatio a labore, ἀνάπαυσις, HESYCH. Sed dicitur etiam in malam partem de immodica licentia et dissolutione. Ap. ATHENAEVM 3, 4. p. 363. B. tribuuntur immodice bibentibus εὐφροσύνη καὶ ἄνεσις, et Annibalis militibus ap. PLVTARCH. in Marcello, T. II. p. 419. ed. REISK. ἄνεσις πολλὴ καὶ θρασύτης. σώματος ἡδέα ἔργα sunt eadem, quae ap. XEN. mem. 2, 6, 5. αἱ διὰ τοῦ σώματος ἡδοναὶ, voluptates corporeae. Sic ap. BION. idyll. 3, 11. Amor dicitur poetam docere ματέρος ἔργα. Ceterum VRS. et ST. post hunc versum interponunt verba: . . . ἐπ᾽ ἄλλοτε δ᾽ ἄλλα φέροντες, quae quid sibi vellent, aut quo referenda essent, equidem videre non potui. Fortassis orta sunt ex librariorum negligentia, quorum oculi aberrantes in vltima v. 26. verba incidissent, perperam simul lecto et ad hunc v. relato vocabulo v. 30. primo, σπεύδοντες. Conferri cum hac studiorum et ingeniorum humanorum varietatis descriptione potest HORATII Oda 1 libri 1.

30. Hic versus plane exulat ex edit. CVDW. et GED. Sensus autem est: omni studio id agentes, vt eueniant iis, quae appetierint, contraria. Aduerbia μάλα πάμπαν, quorum vtrumque est valde, coniuncta sunt ad augendam studii magnitudinem, vt πάλιν αὖθις ap. ARISTOPH. Plut. 860. et πάνυ σφόδρα ibid. 745. nisi forte μάλα referre malis ad σπεύδοντες, πάμπαν ad ἐναντία. Nam πάμπαν proprie est παντελῶς, omnino, plane, (v. SVID.) et μάλα HESYCHIVS interpretatur verbis πάνυ, σφόδρα, λίαν, μάλιστα, ἄγαν. σπεύδειν, quod alias iungi solet verbi actiui infinitiuo, etiam ap PLVTARCH. in Othone T. V. p. 661. ed. REISK. iunctum legitur infinitiuo γενέσθαι. Verba sunt: σπεύδων τὴν νίκην ἑαυτοῦ γενέσθαι. Sic CAESAR bell. civ. 1, 4, 5. rem ad arma deduci studebat. HESYCH. σπεύδων· σπουδάζων, ἐνεργῶν. τῶνδε pertinet ad ea, quae 27 — 29 dicta sunt. Scil. dum sorte sua non contenti mortales neglecta communi illa Dei lege (v. 24.) sequuntur suas quisque cupiditates, et sortem a Deo ipsis destinatam in melius

ἀλλὰ Ζεῦ πάνδωρε, κελαινεφὲς, ἀρχικέραυνε,
ἀνθρώπους ῥύοιο ἀπειροσύνης ἀπὸ λυγρῆς,
ἣν σὺ, πάτερ, σκέδασον ψυχῆς ἄπο, δὸς δὲ κυρῆσαι
γνώμης, ᾗ πίσυνος σὺ δίκης μέτα πάντα κυβερνᾷς,

ὄφρ'

mutare modis omnibus ſtudent, hoc ipſo ſtudio efficiunt, vt pro gloria ignominiam, pro lucro damnum, pro otio et quiete labores atque moleſtias, pro corporis denique voluptatibus dolores conſequantur, h. e. ipſi homines fortunae ſuae fabri ſunt atque artificees. cf. ſupra ad v. 21.

31. *Ζεῦ πάνδωρε*, Iupiter omnia donans, h. e. et bona, vnde appellatur a CALLIM. h. in Iov. 91. *δῶτορ ἐάων*, et mala. Iupiter enim in aedibus ſuis habebat duo dolia, e quorum altero bona immittebat hominibus, ex altero mala. (v. HOMER. Il. ω, 527. ſq.) Ceterum VRS. ST. CVDW. legunt *Ζεῦς. κελαινεφὲς*, qui nubes denigras, nubes atras cogis, *μελανονεφὲς*, auctore SVIDA. Nam *κελαινὸν*, eodem interprete, eſt *μέλαν*. Legitur hoc Iouis epitheton paſſim ap. HOMERVM, vt Il. ο, 46. *ἀρχικέραυνε*, (CVDW. legit *ἀρχικεραυνὲ*) qui tenes ac regis fulmen, fulminis rector, fulminator. Legitur hoc ipſum epitheton de Ioue etiam in Orphicorum carminum reliquiis 6, 9.

32. *ῥύοιο* — VRSIN. ST. et CVDW. legunt *ῥύου*. SCALIGER l. l. legi iubebat *μὲν ῥύου*. *ἀπειροσύνη* eſt inſcitia, quae cur dicatur *λυγρὴ*, h. e. luctuoſa, pernicioſa, facile poterit ex iis, quae paulo ante dicta ſunt, intelligi, HESYCH. *λυγρά· πονηρά, χαλεπά*. item: *λυγρόν· λυπηρὸν, ἐπίπονον, κακὸν, χαλεπὸν, — πενθικόν.*

33. *πάτερ* — CVDW. legit *πατήρ*. *σκέδασον*, cum ſequatur praepoſitio *ἀπὸ*, non ſimpliciter verti debet; diſſipa, ſed per praegnantiam: diſſipatam expelle. *διδόναι* eſt permittere, occaſionem praebere, in qua notione omiſſum eſſe accuſatiuum *ἐξουσίαν*, oſtendit LAMB. BOS. de ellipſ. gr. p. 90. ed. Hal. 1765. 8. Ceterum etiam Latini ſic vtuntur verbo *dare*, vt VIRGIL. Aen. 5, 689. 6, 66. *κυρεῖν* eſt adipiſci. Conſtruitur etiam aliis in locis cum genitiuo, vt ap. EVRIP. Hecub. 50. *τύμβου κυρῆσαι*, vbi permutatur cum verbo *τυχεῖν*. HESYCH. *κυρῶ· τυγχάνω.*

34. *γνώμη* eſt mens, vel quaecunque mentis affectio, *διάθε-*

σις

ὄφρ' ἂν τιμηθέντες ἀμειβώμεσθά σε τιμῇ,
ὑμνοῦντες τὰ σὰ ἔργα διηνεκὲς, ὡς ἐπέοικε
θνητὸν ἐόντ'. ἐπεὶ οὔτε βροτοῖς γέρας ἄλλο τι μεῖζον,
οὔτε θεοῖς, ἢ κοινὸν ἀεὶ νόμον ἐν δίκῃ ὑμνεῖν.

σις ποιά τις, SVID. i. q. νοῦς. Nam supra v. 17. ἄνοιαι tribuebantur hominibus. Intelliguntur autem grati animi sensus, quibus efficiatur, vt homines sorte sua contenti praedicandam semper laudandamque putent iustitiam Dei atque benignitatem. Haec est illa τιμὴ, (v. 35.) ob quam Deus dicitur sensibus illis animi hominum grati confidens atque fretus (πίσυνος) iuste omnia gubernare. Nam τιμηθέντες, (v. 35.) scil. ὑπὸ σοῦ, verti potest: beneficiis a te ornati, quatenus illa accipimus a Deo, multo nobis dignitate superiori, (cf. supra ad v. 4.) ita vt honori nobis esse recte dicantur. Sic ap. ISOCR. paneg. 8. permutantur inter se vocabula τιμὴ et δωρεά. ὄφρ' ἂν ἀμειβώμεσθά σε τιμῇ, vt rursus te colamus. Scil. ἀμείβεσθαι est rependere, compensare, et eadem verbi constructio cum accusatiuo personae et datiuo rei legitur ap. HERODIAN. 2, 8, 15. δώροις αὐτοὺς μεγαλοπρεπῶς ἠμείβετο.

36. διηνεκὴς proprie est longus, in longitudinem porrectus. HESYCH. διηνεκέσιν· ἐκτεταμένοις, μεγάλοις. quae glossa petita est ex HOM. Il. μ, 297. vbi virgis tribuitur. Sed neutrum διηνεκὲς, more Graecis vsitatissimo, ponitur pro aduerbio διηνεκέως s. διηνεκῶς, perpetuo, aeternum. HESYCH. διηνεκῶς· ἀεὶ, διαπαντὸς, παντοτε. ἐπέοικε, decet, i. q. πρέπον ἐστί, (v. HESYCH.) vt ap. HOM. Il. [illegible] 341.

37. ὅτε VRS. legit ὅτοι, ST. ὅτι, et vterque ἄλλοτε pro ἄλλο τι, vt ἐόντα pro ἐόντ'. γέρας est munus, officium. Ita ap. XENOPH. Ages. 1, 5. Agesilaus, rex factus, dicitur τοῦ καλλίστου γέρως ἀξιωθῆναι. cf. ISOCR. paneg. 3.

38. ἐν δίκῃ est iuste, digne, i. q. ἐνδίκως. (v. ARISTOPH. nub. 1335. sq. cf. 1382. sq.) HESYCH. ἐν δίκῃ· δικαίως. ἐνδίκως· δικαίως, ἀξίως.

Ceterum non pigebit hic legisse GEDIKII V. C. versionem huius hymni vernaculam, e museo Germanico l. l. repetitam:

Sey mir gegrüßet, o Zevs, o du der Unsterblichen Größter,
du vielnamiger Gott, gerüstet mit ewiger Allkraft,
Schöpfer und Herr der Natur, deß Regel alles regieret! —
Zu dir zu reden ist ia der Sterblichen iedem vergönnet.
Sind wir doch deines Geschlechtes, wir alle, die wir auf Erden
leben und wallen, obwol nur deiner Göttlichkeit Nachhall.
Singen will ich denn deine Gewalt und ewig dich preisen.
Dir gehorchet das Weltall, das um die Erde sich wälzet,
folget Dir willig, hiehin und dorthin, wohin du es leitest.

Denn Du fassest mit nicht erzitternder Hand Deine Diener,
Die zweyschneidigen, flammenden, ewiglebenden Blitze.
Ha! die ganze Natur bebt ihren schmetternden Schlägen!
Also lenkst du die Seele der Welt, die alles durchglühet. —
Solch ein erhabener Herrscher bist du seit ewigen Zeiten.
Ist auch etwas, o Gott, das sonder Dein Wollen geschähe,
hier auf der Erd und im Meer, und am göttlichen Pole des Himmels?
Nichts, als was mit rasendem Geiste der Frevler beginnet.
Du bist des Ungeordneten Ordner, du wandelst das Böse
selber in Gut. So fugtest du alles zu Einem zusammen,
Gutes und Uebel, — alles nach einer ewigen Regel,
Die der sterbliche Frevler nur flieht. — Unglückliche Thoren!
Nach dem Besitze des Glückes haschet ihr alle; doch keiner
sieht und vernimmt die allgemeinen Gesetze der Gottheit.
Diesen gehorchet. — Dann lebt ihr ein glückliches Leben mit Weisheit.
Aber siehe, sie stürzen ohn' Ordnung hiehin und dorthin.
Dieser rennet nach Ruhm mit unbezwinglichem Triebe;
Jener spornet die Gier der niedrigen Seele nach Schätzen;
Andere iagen entzügelten Sinns nach Lüsten des Leibes.
Aber allgebender Zevs, der du donnerst aus schwarzen Gewölken,
Herrscher des Blitzes! erlöse die Menschen vom tödtenden Wahnsinn,
Scheuch' ihn hinweg von der Seel', und laß uns die Weisheit ergreifen,
durch die mit der Gerechtigkeit Zepter du alles regierest,
daß geehret durch dich wir wiederum Ehre dir zollen,
und mit ewigem Preise deine Thaten besingen.
Also gebührt's dem Sterblichen. Was ist Göttern und Menschen
Größer, als ewig mit Wahrheit die Regel des Weltalls zu rühmen?